33 *Proditor*[x] *punitur pœna capitis, tanquam reus læſæ Maieſt. vt colligitur ex text. in l.fallaciter, vbi gl.in verb. Prodita.C.de abolitio.*

34 *Raptores mulierum puniũtur pœna mortis.l.vnica,C.de raptu virg. Dixi ſup. hoc eo. lib.§.raptus, verſiculo. Sed quæro.*

35 *Sacril:gi puuiuntur pœna capitis. Vide, quæ dixi ſupra hoc eod. libro §. Saceilegium, verſiculo. Sed quæro*

36 *Seditionis*[y] *auctor punitur pœna mortis, vt eſt text.in l.3.§. Item ſi quis auctor de ſicar. & etiam ſeditionem in populo concitans contra principem, vel rempubl.l.1.C. de ſedition. Et licet ille text.expreſſe non imponat pęnã mortis, ſed tantum dicat, quòd mulctam grauiſſimam ſuſtinebit: tamen gloſſ.ibi in verbo Grauiſſimã, in prima opin.interpretatur, id eſt, mortem: & illam opi. dicit eſſe approbatam in practica Salyc.in d.l.1.poſt numer.1. Quod tamẽ intelligendum eſt, quando tractatus præceſſit ipſum tumultum, ſeu ſeditionẽ: ſecus autem ſi accidentaliter euenerit aliquis tumultus, vel ſeditio in populo, citra animum turbandi quietem populi. Nam eo caſu mitius eſſent puniendi, vt in facti contingentia conſuluit Iaſ.conſ.167. lib.4. & Dec.conſ.256.& iudicauit conſilium Neap.teſte Garm. voto.19.*

37 *Seipſum*[z] *occidere volens, punitur pęna capitis, l.ſi quis aliquid.§.1. ff. de pęn.*[a] *Et ideo licet talis volens ſeipſum occidere fuerit impeditus, ne id faceret, punitur tamen perinde ac ſi delictum conſumaſſet. Et hæc eſt frequentiori Doctor. calculo recepta opin. vt dicit Plaza lib.1. delictorum, capitulo 23.numero 18. Nihilominus ſtante generali conſuetudine, quòd conatus non puniatur niſi ſequatur effectus, vt dixi infra quæſt. 92.fortè contrarium eſſet dicendum in practica, prout etiam ſe in facti contingentia conſuluiſſe atteſtatur Carrer. in pract.crim.fol.230.numer. 127.in quodam ſe ſuſpendere volente, qui tamen concurſu hominum viuus euaſit.*[b] *Occidens autem ſeipſum moritur inteſtabilis, quia ſcilicet rumpitur, & annullatur omne teſtamentũ prius ad eo factum. Et eſt communis opin. vt dicit Guliel. de Benedict. in 2.parte capit. Rayuutius, verb.mortuo teſtatore,nu.28. Regulariter tamen eius bona non confiſcantur. Et ita tenẽt omnes communiter, vt ait Bertran.conſ.134.num.2.lib. 3.in 1.parte. Sed hæc omnia procedunt in ijs,qui conſcientia proprij ſceleris manus ſibi inferunt.*[c] *Ceterum,ſi qui tędio vitæ,doloris impatientia, furore, morbo, pudore meti, manus in ſe inferunt, non puniuntur pœna corporali, nec confiſcatione bonorum, neque eorum teſtamenta irritantur. Et in hoc omnes conueniunt, vt dicit Igneus in l.1.§.ſi manus,num.17.ff.ad Syll.Et ideo ſi quis*[d] *ſe in puteum præcipitauerit, & mortuus fuerit,nõ debent eius bona confiſcari,niſi appareat,quòd id fecit conſciantia criminis, prout in caſu, in quo conſuluit Decia.cõſ. 438.& Pariſ.conſ.115. lib.4. & Corn. conſ.195. lib. 2. Et licet Pract.Iodoc.c.88.nu.6. dicat, quod ſecundum conſuetudinem, quiſquis ſeipſum interficit ex quacnnque occaſione, & cauſa hoc euenerit, furcis ſuſpenditur, & bona eius omnia confiſcantur; id*[e] *tamẽ apud nos ſeruatur. Dicit etiã ibid.num.8.quod ex more, & conſuetudine cautum eſt,quòd nemo huiuſmodi corpus damnatum, & ſuſpenſum manibus attrectet, & auferat niſi ex iudicis mandato, & permiſſu. Item num.9. dicit pariter conſuetudine obſeruatũ eſſe, vt quoties hoc ſcelus in domo commiſſum eſt, cadauer ipſum funibus à domo ipſa extrahatur, non per oſtium, ſed per foramen factum ſub limine domus: quæ tamen omnia apud nos non ſeruantur.*

38 *Seruus,qui cũ domina carnaliter ſe commiſcuerit, punitur pęna mortis. Vide, quæ dixi ſupra hoc eod.lib.§. Fornicatio,verſ.Cum domina.*

39 *Sodomiæ puniuntur pęna mortis: vt dixi ſup. hoc eod. li.§.Sodomia,verſ.Sed quęro.*

40 *Sortilegi, & malefici puniuntur pęna mortis, vt eſt tex.in l.3.C.de malef.Sed hoc de conſuetudine nõ ſeruatur, vt dixi ſupra hoc eod.libr. §. Hęreſis.verſ.ſucceſſiuè quęro.*

41 *Transfuga*[g] *punitur pęna mortis l.ſi quis aliquid ex metallo.§.transfugæ.ff.de pęnis. Quod intellige, vt procedat, quando illud doloſè fecit:aliàs autem mitius eſſet puniendus, vt in caſu in quo conſuluit Gram.vot.10.Scias antem, ꝙ in hoc delicto de iure communi punitnr conatus, etiamſi non ſit conſumatus effectus: nam(ſecundum aliquos) liber homo, ſi fuerit inuentus fugere ad hoſtes, punitur pœna mortis. Et hanc eſſe cõmunem opin. atteſtatur Bolenc.in repet.l.capitalium, §.famoſos, nu.82.ff.de pęn.Seruus tamẽ, qui inuentus eſt fugere ad hoſtes, non punitur vltimo ſupplicio,ſed pede tantum debilitatur, vel in metallum damnatur, vt videtur tex. in l.ſi fugitiui,C.deſeruit.fugit.quod eſt mirabile, vt ſcilicet detur caſus, in quo in pari delicto mitius puniatur ſeruus, quam liber homo. Sed certè quicquid dicat Bolenc.hæc opi. nõ eſt vera, neq; communiter tenetur, vt atteſtatur Cæp. in d.l.ſi fugitiui, poſt num.4.*

42 *Tutor,qui corrumpit puellam, cuius eſt tutor, punitur pœna capitis, vt dixi ſupra hoc eodem lib.§. Fornicatio verſic.cum pupilla.*

43 *Vaſtatores,*[h] *& inciſores uinearum,& arborum, puniuntur pœna mortis, vt latrones, eſt tex.in l.2.& ibi gl.vnica. ff.arborum fur.cæſarum.Hæc tamẽ pęna apud nos nõ ſeruatur, ſed Senatus illos condemnat pœna extraordinaria, nõ modo quando ſunt in carceribus detenti,ſed etiam quando ſunt contumaces: & in ſpecie iuſſit quoſdam condemnari in contumaciã pro inciſione vitium in tribus ictibus funis, et in damnis verſus partem, vltimo Iulij 1557. P.N. Et aliàs etiam quidam Bartolomæus Maſſinus,qui vites inciderat,fuit iuſſus fuſtigari,vltimo Aprilis 1549. Et quidã Francifcus Paſſallus in contumaciam condemnatus fuit ad triremes per quinqueniũ, 6.Setemb.1554.A.C.*

44 *Venenum*[K] *malũ ſcienter faciens,aut dans ad aliquẽ occidendum,punitur pęna capitis, de quo dixi in d.§.homicidium, verſic.punitur etiam.*

x *Proditor.*] Hic ſcias, quod veneno occidens dicitur proditorie occidere, vt per Marſil.in fin.rub.ff.de ſicar.quem refert, atq; ſequitur pract.Car pag.mihi 22.num.99. *Giach.*

*105 *Proditor.*] Adde, quod tripliciter † dicitur quis proditor. Primo qui prodit Principem, vel Remdubl. Secundò qui prodit ſocium, vel amicum occcidendo, vel vulnerando. Tertio qui prodit quem in fide ſuſcepit. Ita Bald.conſil.361. numer.3. volumine quarto. Adde Bart.in l.reſpicicendum, §.deliequunt, ff.de pęn.Guid.Pap.quęſtion.191. numero quinto. *Guiot.*

Preditor.] Dicitur tribus modis Bald.conſ.391 lib. 8. num.3. Decian. in tract. crim. tom.2. libr.7. c.29.30.31.Farin. q.113. ptima inſpect. numer.4. vol.1. *Roſ.*

Preditor.) Adde quot
106 † modis dicatur proditor,& quæ ſint ſigna propitoris Luc.de pen.in leg. ſeruum domini, Cod de adult. lib. 10. vide etiam ſupra §.homicidium,verſic.proditoriè,& ſecundũ Bald.conſil.361.lib.4.proditor tripliciter ſumitur, 1. qui prodit Principem, vel rempublicam; ſecundo qui prodit ſocium, vel amicum occidendo: tertio, qui prodit eum, qui in fide illum ſuſcepit, & idem Bal.in l.1.colum.7. quibus modis feud. amit. dicit, quòd offendens
107 † ſine cauſa,& diffidatione occultè eum, qui de ipſo tunc confidebat, dicitur proditoriè interficere, & idem tenet Burſat.in conſil 216.numer 142.vol.2. & etiam dans venenum proditor eſt, ſecundum Bal.in conſ.210. vol.4.& Boſſ.in tit.de homic.nume.14. & ad prædicta nouiſſimè per Farin in q.18.num.73.cum ſeq. Et quando quis dicatur proditoriè occidere, vide etiam Affl. in deciſ. 265. numer.64. & de iſtis tribus ſpeciebus proditionis latiſſimè habetur per Decian.in tract.crim.lib 7. cap. 29. tom.2.& in c.31.habetur de pęnis proditorum. *Baiard.*

y *Seditionis auctor.*] Quid ſit ſeditio,& quis dicatnr ſeditioſus,vide per pract.Carrer.pag.51.col.1.& 2.Boſſ.& Bonif. tit.de ſeditio & qua pæna puniatur, & idem de agentibus,&
*107 conſentientibus,atq;dantibus opem,& auxilium. Item † à teſtimonio repellitur,de omnibus vide ibid.per Carrer.pag... & ſeq. col. 1.

Seditionis auctor.] Dec.in tract. crim.tom.2.lib.7 cap.19. Boer.in tract. de ſeditioſis, §.7.num.52.53.Capy. deciſ.130. num.3.& ſeq.Farin.q.113.inſpect.5.num.176.vol.4 & maximè num.193.& 197. *Roſ.*

108 *Seditionis auctor.*] Adde ſi uidendum Carrer. in practic. crim.in l obſeruare numer.97. & Boſſ. in tit. de ſeditio.& qui ſint ſeditioſi, qua pęna puniantur ,quando concitatur contra officialem, & quando voto videntur tendere ad bonum,tamẽ dicuntur ad malum finem, & ad concitandum rumorem; vide omnino Capyc.deciſ.130.& Boer.in tract.de ſeditioſis, &
109 quomodo † intelligendum ſit ſtatutum, quod indicit pęnã capitalem contra turbantem pacificum ſtatum Ciuitatis, & Menoch. de arbitr.iud.caſ 266. numero quinto,& in caſ.394. numer.78.dicit pęnam ſeditionem concitantium eſſe arbitra-
110 riam, & de pœnis contra † turbatores pacis tam de iure ciuili, quam de iure canonico, & de iure Regni Neapolit.latè habetur per Fab.de Monteleone in praxi ſua arbitr.part. 4. numer.879.cum ſequen. & ibi etiam de ſpecialibus contra turbatores pacis: & etiam pœna eius, qui in ciuitate turbulenter, & ſeditioſe ſe gerit; illa eſt, quòd à quolibet
111 iudice expelli debet † à Ciuitate, leg. capitalium §.ſolet ff. de pœnis, & Boſſ. in titul. de pœnis in fin. *Baiard.*

z *Seipſum occidere volens.*] Adde hic in tali materia,quæ melius,quã alibi ſcribitur Etic. libr.5. cap. fin. ibi vtrum autem quis ſibi iniuriam facere poſſit; & dum hic dicitur volens occidere, intellige, quod non tamen punitur per voluntatẽ ſolã niſi ſequatur effectus; Decian.in l. Non vult hæres numero quarto,ff.de reg. iur. infra quæſtione 92. verſicul. Scias tamen. *Drogh.*

Seipſum occidere vo-
112 *lens.*] Adde † quòd Plaza hic per D. Clarum allegatus non atteſtatur de communi opinione, vt pęnes eum videri poteſt: & in materia iſtius delicti vide omnino Menoc. de arbitr. caſu 284. vbi plenè, & Peregrin. de iure fiſci libro quarto, titulo quarto, vbi an in-
113 terficientis † ſeipſum bona plubicentur,& quãdo præſumatur, quòd ſeipſum interfecerit; & Decian. in tract.crim. libr.9.capit.1. cum multis alijs ſeq. vbi latiſſimè hanc materiam tractauit,
114 nec licet † mulieri ſeipſam interficere,vbi etiam caſtitas periclitatur, vt per Archid.in cap.non eſt.23.q.5 & ibi in cap.ſi
115 non licet, quod triplici ratione † nemini licet ſeipſum interficere. Nec etiam ex cauſa religionis martyrij ratione in fidei teſtimonium,nec ob euitandum ſtuprum, vel aliud quodcucq; peccatum, ita tradit Couar. var.reſolut. libro primo, cap.2.ſub.num.9.
116 Item † adde, quod ſi aliquis reperitur laqueo ſuſpenſus, non præſumitur, quòd ſeipſum occiderit, ſed fiſcus tenetur probare, quòd ſibi mortem conſciuerit, vt per Soc.iun.conſ. 51:vol.1.& Plot.in conſ.130.num.82.inter conſ.crim.diuerſ. vol.1.magnæ impreſſ. *Baiard.*

a *Et ideo licet talis.*] Vide ſup.q.51.uerſic.ſed hic incidentur quæro. Decian.in tract.crim.to.2.lib.9.cap.1.& trib. ſeqq. Farin.volum.5.quæſt.128.part.1.& part.2.numer.47.& alijs ſequentibus. *Roſ.*

b *Occidens.*] Nota, quòd occidens ſeipſum alicuius criminis, vel ſceleris reus exiſtens, punitnr in publicatione bonorum, niſi hæredem haberet. toto titulo, ff.de bonis. eor. qui ſibi mort. conſciu. ita tenent Iacob. de Rauen. & Petr. de Bellapertic.in l.2.C.qui teſtament.fac. poſſ.Ioann.Igneus in l.1.§.ſi tibi.numer.109. ff.ad Sylle. Contrarium tamen videtur tenere Bartol.in leg.prima, §.fin.ff.de bon. damnat. & in l.1.

ff. de bon. eor. qui ant. ſenten.mor. ſibi conſciu. per auth.bon.damnatorũ C.de bon.damnat.Et hęc publicatio bonorum non ipſo iure,ſed per ſententiam fieri debet.l.in fraudem.§.eius bon & §.ſeq. ff. de iure fiſc.Bart.in l.3. §.fin.ff.de bon.eor.qui ſibi mort.conſc.Item vltra huiuſmodi publicationẽ bonorum imponendam occidenti ſeipſum, eius cadauer ſuſpenditur, & ſic punitur, ac ſi extraneum occidiſſet, ſecundũ Rom. & Iaſ. in d.l.2. C. qui teſtam. fac. poſſ. & per Car.in pract.§.homicidium.numer.123. cum alijs ſeq. Si tamen iſte ſui ipſius occiſor non eſſet de crimine accuſatus, uel in eo deprenſus, ſed tantum ſuſpectus; tũc fiſcus vt bona eius capiat tenetur probare ipſum mortẽ ſibi conſciuiſſe metu pęnæ, & non impatientia doloris. ſecundum Petr. & Cynum in d.l. Bart & alios in l. fin. §. fin. ff. de bon.eor. qui mort.ſibi cõſc.u.Bald.in l.fi.C.de iur. fiſc lib.10. Itẽ licet vxor. teneatur lugere maritum per annum, atque veſtes portare lugubres, ſub pęna infamiæ, hoc tamen locum non habet in tali ſeipſum occidente, qui luctu carebit. l. libellorũ §.non ſolent. ff. de ijs qui not.infam. *Guiot.*

c *Ceterum.*] Decian. vbi ſupra cap.3. Farinac. dict.part.1.numer.39.& part.2.numer.69.& 71. & de eo qui ſe in puteum præcipitauerit. idem Farinac. part. 1. numer.43. *Roſ.*

d *Se in puteum præcipitauerit.*] Adde ſup.q.4. verſ. Hæc autẽ omnia. q.51.verſ.Sed incidenter ad finem. *Drogh.*

e *Idem tamen apud nos.*] Farinac.ubi ſup.p.1. numer.11.& 4.ſeqq.latiſſime Baltaſar, Gomeſius de poteſt. in ſeipſum. *Roſ.*

f *Sortilegi.*] Adde
117 † Menoch. de arbitr. iudic. caſu 388. vbi late tractat de pœnis ſortilegorum.
118 Item † adde, quòd ligans per artem maleficã homines,ne valeant vxores cognoſcere, de quibus loquitur titulus de ſrig.& malefic. in decretalib. non punitur pœna mortis, Afflict. ſuper cõſtit.Regni lib.3. rubr.41. conſt.amatoria numer.1. & tale maleficiũt fit operatione dæmonum ad impediendum actum mãtrimonij, & ex permiſſione diuina datur poteſtas diabolo, vt propter aliquod peccatum ſic vexet homines, ut 23 q.1.cap. ſi per fortiarias, & p B.Thom. de Aquino in 4. ſententiarum diſtinct.33.artic. 2.vide etiam omninò Farinac.var.quæſt.20. à nu. 73. vſq; ad num.112. vbi latiſſimè. *Baiard.*

g *Transfuga.*] Dec.in tract.crim. tom.2. libr 7. cap.14. Farinnc. d. titulo de pœnis q.20. num.157. vol.1.& 113. inſpect. 1. numer.13.& 17.& 115. tract. de turbarore pacis. *Roſ.*

Trasfuga.] Adde,quod
129 propriè † transfuga eſt, qui malo animo, & proditoris conſilio patriã derelinquit, & in hoſtes ſe conuertit, Grammat. in deciſ.105.nu.29. *Baiar.*

h *Vaſtatores.*] Boſſ.tit. de damno dato numer.3. Vulpell. reſp.111. Farin. tit.de delict & pęn.q.70. vol.1. num.113. *Roſ.*

Vaſtatores.) Adde † ui-
120 dendum Farinac.varia. quæſt. in quæſt.20.num. 113.qui ſimiliter tenet, quòd non puniuntur pęna mortis, ſed pœna extraordinaria, modo ſcilicet ictum funis, modo fuſtigationis,modo triremium, iuxta facti, & perſonarum qualitatem, & quòd in vrbe ita ſeruatur; & ita ego vidi ſeruari, & ſeruaui in plurib. locis. *Baiard.*

i *Pœna extraordinaria.*] Plott. conſil.52. numer.42.maximè quando ſolitus eſt talia committere, & etiam ſtante ſtatuto pœnam pecuniatiam imponente, vt ibi per eum. *Roſ.*

K *Venenum malum*) ſup.q.17.in princip. infra quęſ.83.in princip.& 92. verſ.primo. *Drogh.*

Vene- *Viola.*

Venenum.) Adde, quòd dans venenum non ſolum habet animum occidendi deliberatiſſimum, verum etiam proditor
*120 † eſt, vt de ſe patet, & not. Bald. conſil. 210. lib. 4. & tradit Boſſ. in tit. de homic. numer. 14. quod & dixi ſupra in additione proditor. *Giach.*

Venenum malum.) Ad-
121 de, quòd † venena mala propriè dicuntur, quæ ſunt facta hominis necandi, aut ægrotandi cauſa; bona autem, ſiue non mala venena dicuntur ea, quæ non ſunt compoſita ad necandum, vt ſunt pocula amatoria. leg. 3. §. adiecto autem, ff. ad leg. Corn. de ſicar. & l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœnis, & Girland. in tractat. de ſortileg. capitulo quinto, numer. 7.

45 *Violator*[1] *ſepulcrorum, ex illis extrahens armata manu cadauera, vel oſſa mortuorum punitur pœna capitis, l. 3. §. aduerſus, ff. de ſep. viol. Sed hoc crimen, propter multa cœmetria conſtructa apud eccleſias, iam in deſuetudinem abijt: & illa rubrica parũ in vſu eſt, vt ait Berbe. in viatorio, in rubr. de ſep. viol. & Pract. Iodoch. cap. 109. in fin. Vidi tamen ego ingentem proceſſum factum Cremonæ ſuper hoc crimine, & fuit quidam Galeacius Ferrarius condemnatus in vno ictu funis, & aureis decem: pro qua condemnatione obtinuit gratiam 27. Septemb. 1561. P. N.*

122 Item adde, quòd † dictionis veneni, ex vulgari conſuetudine loquendi, ſolet fieri interpetratio de malo veneno ad mortem inferendam, vt per Felyn. in capitul. ſuper his numer. 10. de accuſat. & Alciat. in leg. qui venenum, ff. de verb. ſignific.

123 Item adde, quòd † dans venenum, non ſolum habet animum occidendi deliberatiſſimum, ſed etiam proditor eſt, Bal. conſil. 210. volum. 4. quem refert, & ſequitur Boſſ. tit. de
124 homicid. numer. 14. hinc plus eſt, † hominem veneno occidere, quam gladio, C. de malef. & math. & ſic qui venenat,
125 † duo delicta committit, videlicet homicidij, & proditionis, quia venenum per illos datur, de quibus homo confidit. Ioann. de Lignano in conſil. 20. numer. 11. inter conſil. crim. diuerſ. tomo primo, paruæ impreſſionis, & dicit Grammat.
126 in voto 3. numer. 1. quod crimen † veneni eſt deteſtabile, & execrandum, ac longè grauius homicidio, & quomodo poſ-
127 ſit cognoſci, quòd † quis fuerit venenatus, & quib. indicijs, & quomodo probetur Boſſ. in titul. de delict. numer. 6. Franc. Caſſo. in tract. ſub malef. cap. 4. Foller. in pract. crim. in verſ. capiat informationem nume. 6. & in verſ. Item quod ſororem venenauit, Gomeſ. de delict. cap. 20. num. 11. & latè per Maſcard. de probat. concl. 134. num. 7.

128 Item adde, quòd † in hoc crimine veneni, cum ſit delictum atrociſſimum, & occultum, iudex debet eſſe promptior ad torquendum, Bal. in l. 3. C. de Epiſ. aud. & Afflict. in conſt. mala noxia num. 3. & præſumptiones, ac coniecturæ non ſolum ad torturam ſufficiunt, ſed etiam ad condemnationem, Alex. conſ. 24. vol. 2. Barba. conſ. 23. col. 8. vol. 2. & Grammat.
129 uot. 3. num. 3. & quæ † indicia ſufficiant ad torturam contra vxorem, quæ tentauit veneuare maritum, uide Paul. de Caſt. in vlt. conſ. primi uoluminis incip. uiſa inquiſitione.

130 Item adde, quòd † præbens uenenum, ſi mors non ſequatur, non debet puniri pœna mortis, Gramm. conſ. 36. numer. 12. & deciſ. 2. num. 33. & vide etiam Menoch. de arbitr. iud. caſu. 360. num. 45. Sed hoc debet intelligi ſecunndum dignitatem, & qualitatem perſonarum, ita limitat Fab. Monteleon. in praxi arbit. 4. part. numer. 687. in fi. quem ſequuntur addent. ad Bertaz conſ. 57. in littera D. & ideo in Principe eſſet crimen læſæ Maieſtatis, & pœna mortis eſſet puniendum ob ſolam attentationem, vt conſuluit Burſat. conſ. 147. per totum, & hinc eſt, quòd Senatus Mediolani condemnauit ad mortem concubinam cuiuſdam Magiſtri Petri, vt atteſtatur Boſſ. in tit. de homicid. num. 13. & hoc, vt Domini à ſeruis ſuis redderentur ſecuri; idem conſuluit Vulpell. in conſil. 145. in cauſa cuiuſdam famuli, qui venenum Domino ſuo præbuerat, vt pœna mortis puniretur, etiam quòd mors ſequuta non fuiſſet, & ſi maritus dederit venenum vxori, licet euaſerit, tenetur de parricidio, Bart. in l. 1. in fine ff. de parricid. & Carr. in pract. crim. §. homicidium el 1. nu. 151. & idem eſſet in filio, qui voluiſſet uenenare patrem, Gomeſ. de delict. c. 3. nu. 7.

131 Item adde, quòd † vendens ſcienter venenum malum punitur ad mortem, ſi ſequutum ſit homicidium, ſecus autem pœna arbitraria, etiamſi ex ſtatuto tractanti aliquem occidere pœna mortis imponeretur, ita conſuluit Collegium Bonon. in conſ. 41. inter. conſ. crim. diuerſ. vol. 1. quam refert, & ſequitur Menoch. de arbitr. iud. caſu 359. & aromatarius vendens venenum malum perſonis probis; & non ſuſpectis excuſatur, vt ait Arno. in dialogo 44.

132 Item adde, quòd † in Regno Neapolit. adeſt conſt. Quicunq; toxicum, qua punitur pœna furcarum tenens, vel vendens malum venenum ad nocendum; quæ conſtitutio intelligitur, quando mors ſequuta fuiſſet, vt per Carrer. in pract. crimin. §. Homicidij el primo, numer. 97.

133 Item adde, quòd † in ſtatu Eccleſiaſtico per conſtit. Marchiæ libro quarto, capit. 68 dãtes venenum malum, & doloſè vendentes, pœna mortis puniuntur, ſi aliquis mortuus fuerit, & ignoranter vendentes (etiam morte ſequuta) pœnam homicidij non doloſè commiſſi incurrunt, & ſi mors interuenerit, pœna legali puniuntur.

134 Item adde, † ſi ſtatutum extaret, quòd ſi quis voluerit venenare aliquem, pęna mortis mulctetur, debet intelligi, ſi mors ſequuta fuerit, Crem. ſingulari 49. Corn. conſil. 202. num. 1. Cæpol conſ. vlt. & Carrer. in pract. crim. §. homicidij el 1. num. 97.

135 Item adde, quòd † in hoc crimine veneni ſex ſpecialia accumulauit Fab. Monteleon. in praxi arbitr. parte quarta, numer. 669.

136 Item adde, quòd † accipiens pecuniam, vt aliquem venenaret, pœna mortis eſt puniendus, etiam non dato veneno, ita conſuluit Ioa. de Lignano in conſ. 20. per totum inter conſ. crim. diuerſ. paruæ impreſſionis vol. 1. contrarium autè tenuit Corn. in conſil. 202. numer. 3. vol. 1. licet ſtatutum diſponeret quòd ſi quis commiſerit homicidium, vel committi mandauerit, uel pro homicidio committendo depoſitum fecerit, morte puniatur, & ſic in fortioribus terminis, ſed defendendo opinionem Lignani, poſſet dici, quod ſicut eſt maius delictum occidere veneno, quam gladio l. 1. C. de Malef. & mathe. ita maius aſſaſſinium eſt accipere pecuniam pro venenando, quam cum telo interficiendo, eo maximè, quòd occidendus, ſi cum armis inſultatus fuerit, forſan poſſet ſe defendere, uel alio modo euadere, & aliquando aſſaſſinus remanet captus, uel interfectus, & facilius hoc modo detegitur delinquens, quã ita non poſſunt occurrere in aſſaſſino venenante, & ideo plus eſt ſæuiendum in hanc aſſaſſinij ſpeciem, quàm in illum, quæ cum armis committitur; tamen negari non poteſt, quin pecuniam accipiens pro uenenando, laqueo ſit ſuſpendendus, ſi ad actum proximum deuenerit, etiam quod homicidium non ſequatur, ut fit in aſſaſſino tentaute occidere cum gladio, Capic. deciſ. 155. & D. Clar. ſupra in §. Aſſaſſinium uerſic. ſcias etiam, & ita quoque uidetur tenere, Corn. in d. conſ. 202.

137 Item adde, quod † mulieres magis, quam uiri ſunt ſuſpectæ de ueneficio, ut inquit Cantiuncula in topicis in loco ab adiunctis pag. 68. Et Hippol. Bonacoſſa in q. crimin. ſtatut. in
138 uer. venenum circa fin. & ad hoc optimè facit illud † notabile exemplum, quod cum apud Romanos uenenãdi crimen penitus eſſet incognitum, exiſtente Fabio Maximo ædili, data per eum fide cuidam ancillæ ab illa reuelatæ fuerunt centum ſeptuaginta matronæ, quæ tali peſſimo ueneno utebantur, & omnes damnatæ fuerunt, ut refert ſummatim Valerius Maximus libro ſecundo, capitul. 5. ex Liuio libr. 8. fol. mihi 94. *Baiard.*

1 *Violator ſepulcrorum*) Decian. in tractat. crim. tom. 1. lib. 6. c. 39. & 5. ſequent. Farinac. tit de delict. & pęn. q. 70. numer. 114. & alijs ſequent. *Roſ.*

139 *Violator ſepulcrorum.*) Adde † de penis uiolatorum ſepulcrorum Menoc. de arbitrium iudicum caſ. 387. ubi plenè etiam, quando agitur ciuiliter, & ibi ponit multos caſus; uide

vide etiam omninò Farinac. nouiter impreſſ. variarum quæſt. quæſt. 20 numero 114. cum ſequent. vbi latiſſimè quibus pe-
140 nis puniantur extrahentes † cadauera ex ſepulturis, vel eorum oſſa, vel cadauera mortuorum ſpoliantes, vel ſepulcra demolientes, & deuaſtantes, vel cadauera offendentes, vel caput cadauerum amputantes, uel impedientes ne ſepeliantur, vide etiam Dec. in tract. crim. lib. 6 capit. 42. 43. & 44. vbi quibus modis ſepulcra violentur, & quibus pęnis violatores
141 puniantur, & de excuſationibus † violantium, & in Regno Neapol. ſpolians mortuum ultra pęnas impoſitas à iure com-
142 muni incurrit pęnam manus, † per conſtitution. ſi quis aliquem occiſum, quæ eſt ultima, & ibi Afflict. per quem habetur etiam, an liceat Carnifici ſpoliare ſuſpenſum pannis, & ueſtibus, & foriudicatum mortuum, & quibus pænis ſpolians ſuſpenſum ſit puniendus, Iacob. de Beluiſ. in pract. crimin. in rubr. de furtis, col. 7. *Baiard.*

QVÆSTIO LXIX.

Membri amputatio quibus caſibus à lege imponatur.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *De pęna amputationis membri.*
Et an eſſet hæc pœna cognita de iure Digeſtorum. ibid.
2 *Et an dicatur pœna capitalis.*
3 *Et quæ dicantur propriè membra.*
4 *Si aliquis ſit condemnatus ſimpliciter in amputatione manus in qua manu ſit condemnatio exequenda.*
Et quid ſi habeat vnam manum aridam, ibid.
5 *Et quid ſi non habeat niſi vnam.*
6 *Caſus, in quibus imponitur à iure pœna amputationis membri, qui ſint.*

Ex Additionibus.

1 *Pœna membri intelligitur de amputatione manus,*
2 *Artifex debilitatus in digito particulari, an dicatur debilitatus in membro, remiſſiuè.*
3 *Barba an ſit membrum. & nu. 9.*
Statutum de abſcindente membrum, an habeat locum in barba. ibidem.
4 *Et an in membro mutili, ibidem.*
5 *Et quid in digito, ſi eius abſciſſione fiat arida tota manus.*
6 *Naſus, auricula, & oculus nõ veniunt appellatione membri, licet maior pęna in offendentes prædicta imponatur propter deformitatem. ibidem.*
7 *Deformitas quomodo æſtimetur, remiſſiuè.*
8 *Membrum debilitatum differt à deturpato.*
9 *Et quando dicatur debilitatum, vel amputatum.*
10 *Condemnato ad amputationem manus quæ manus ſit amputanda.*
11 *Statuto imponente pœnam manus, cum qua percuſſit, debet in articulis poni, qua manu fuerit facta percuſſio.*
12 *Iudex poteſt commutare pœnam membri, ſi condemnatus ſit ita debilis, quod moreretur.*
13 *Et quid ſi reus nullam manum habeat, & crimen pœnam manus requirat.*
14 *Vulneras cũ armis prohibitis in Regno Neap. punitur manu.*

QVÆST. LXIX.

1 S*Vcceſſiuè* [a] *videamus de pœna amputationis mẽbri, quæ quidẽ olim nõ imponebatur, vt dicit Anan. in capitulo 1. numero 1. in fin. de colluſ. deteg. nam (ſecundum eum) leges antiquæ non volebant homines eſſe inutiles, & vt eſſent apti ſolummodo ad comedendum, & nõ ad laborandum. Hæc igitur pœna non erat cognita de iure Authenticorum. Et ita dicũt Doctores, teſte Anan. in cap. in Archiepiſcopatu, poſt num. quartum, de rapt. vbi tamen ipſe oſtendit, quod erat etiam tempore legis 12. tab. vt ibi. Hanc etiam opin. quod hæc pœna abſciſſionis membri non eſſet cognita de iure antiquo, atteſtatur eſſe communem, Curt. iun. in l. Imperium, nu. 37. ff. de iuriſd. omn. iud. quem refert Don. Anton. de Padilla in l. tranſigere, poſt numer. 8. C. de tranſact.*

2 *Quæro* [b] *igitur in primis, Numquid amputatio membri dicatur pœna capitalis. Reſpondeo, quod* [c] *propriè loquendo non poteſt dici pœna capitalis: & ita receptum eſt, vt dicit Alciatus in l. licet capitalis, in fine princip. ff. de verb. ſignif.*

3 *Item* [d] *quæro, quæ dicantur propriè membra. Reſpondeo, quod membra propriè dicuntur illa, quibus diuerſo, ac proprio officio Corpus mouetur. Ita dicit Bartolus in l. publicorum, numero decimotertio, ff. de public. iudic. quem Doctores communi conſenſu ſequuntur, vt dicit Plaza libro primo delict. cap. 25. nu. 7. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Didac. in repet. Clem. ſi furioſus, fol. 321. poſt num. 8. de homic. Hinc infertur, quod digitus non eſt mẽbrum. Ita dicit Bart. in l. non ſunt liberi, ff. de ſtatu homin. quam doctr. ſemper doct. ſecuti ſunt, & magnifaciunt, vt dicit Aug. ad Ang. de maleſ. in verb. Membrum prædictum, nu. 9. & eſt communis opi. vt ait Dida. in loc. præall. verſic. 3. ab eadem.* [e] *Et ideò ſtatutum puniens abſcinden-*

ADDITIONES, Ad Quæſt. LXIX.

a S*Vcceſſiue videamus.*] Farin. tit. de delict. & pænis, quæſt. 19. volu. 1. num. 26. *Roſſ.*

b *Quæro igitur.*] Far. q. 19. nu. 25. & Menoch. de arbitr. iud. q. 86 nu. 15. *Roſſ.*

Quæro igitur in pri-
1 *mis.*] Adde, quòd † ubi de iure communi pro aliquo delicto imponitur pœna mẽbri, intelligitur de manu, per text. in authen. ut null. iud. §. ultim. & ibi Doctor. *Baiar.*

c *Propriè loquendo.*] Adde ſupra quæſtion. 67. uerſ. 1. in princip. Dec. in l. ſemper in obſcuris, numero nono, & decimo, ff. de regul. iur. Capitalis itẽ cauſa differt à criminali, ut per Capycium deciſione 127 num. 3 ad mediũ, quia reus edere non cogitur in cauſa capitali, ſecus autem in mera criminali, vt ibidem; Contrarium tamen in cauſa criminali, ſed pecuniaria uide ſupra quæſtione 27. uerſic. ſed hic incidenter. *Drog.*

d *Itẽ quæro.*] Farinacius tit. de delict. & pæn. dicta quæſtione decimanona Volum. primo, nu. uigeſimotertio, ubi quid ſit membrum, & quid appellatione mẽbri ueniat, & quid de digito, numer. 24. *Roſſ.*

e *Et ideo ſtatutum.*)
2 Adde, † quod ſi Artifex fuerit debilitatus in digito utente principaliter, an dicatur debilitatus in mẽbro. Felyn in c. ego etiam num. 6 de iureiur.

3 Item adde, † quòd barba in homine eſt membrũ & ob id incidens barbam, tenetur pæna, qua plectitur is, qui membrum alicui abſcindit ſecundum Baldum in l. reos, numero 6. C. de accuſat. Et quid ſi abſcinderet membrũ inutile, utputa, ſi alicui effuderet oculum obſcuratũ, an teneatur pæna ſtatuti plectẽtis offendentem in membro, uide Alber. de Roſat. de ſtatu quæſtione 25. in repert. in l. ſed, & ſi pupillus, §. præſcribere, ff. de inſtit. act. ubi uidetur tenere per illum textum, quòd ſic, ſed ibi dicit Rayn. Guliel. tenere cõtrariũ per l. 3 uer. ideò ff. arbor. furt. cæſar & no. in auth. ſed nouo iure, C. de ſeru. fugit. & de hoc uide etiam Baldum in leg. 1.